



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

V. de Magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

## TIT. V.

Hic quoque Tit. velut appendix est de Simonia: nam & hi prope ad simoniae crimen accedunt, quia aliqui pergunt pro licentia docendi.

1. *Qui igitur incurrunt hoc crimen?*

**C**anonici, quos vulgo Scholasticos vocant, qui scilicet non, nisi accepta cuncta, aliquem ad docendum admittunt. Non est autem hæc vere Simonia, quia licentia docendi vere non est res spiritualis; nisi quatenus actus est jurisdictionis spiritualis, ex jurisdictione aliqua Ecclesiastica, seu Episcopali, seu quasi spirituali procedens. Et propterea tales non puniuntur ut Simoniaci, sed lenius, nimirum beneficiis suis spoliantur, quodque promissum est, & non acceptum remittere, acceptum vero restituere tenentur, si idoneus ad docendum admittere gratis.

*c. 1. b. t. c. 2.  
eod. c. 3.  
eod. V. de  
Navar.  
var. in  
Man. c. 23.  
n. 58.*

2. *Licetne ipsis Magistris, qui non habent unde vivant, pro docendi laboribus exigere & accipere aliquid a discipulis?*

Omnino, neque hoc speciem aliquam habet Simonia: veruntamen ut liberius & gratis doceant, constitutum est

In singulis Ecclesiis cathedralibus deliga- *d. c. 1. & 4.*  
tur Magister aliquis ad docendum Theo- *b. 1.*  
logiam, vel etiam in aliis Ecclesiis, qui  
Grammaticam doceat, cui salarii loco *c. ult. in fi-*  
designatur fructus annuus Præbendæ. *ne b. 1. Vi-*  
Idque cum privilegio, ut & Magistri S. *de Conc.*  
Theol. & studiosi absentes per quinquen- *Trid. Sess.*  
nium continuum recipiant integre pro- *de reform.*  
ventus beneficiorum suorum. *c. 1.*

De Judæis, Sarracenis, & eorum  
servis.

TIT. VI.

1. Quos hic vocas Judæos, & quos Sar-  
racenos?

Udæorum nomen hoc loco non tam  
gentis est, quam impiæ & nefariæ se-  
ctæ. Nam Judæi, licet olim verum De- *Levit. 13.*  
um colerent, & festa legalia, veteri Te-  
stamento ad literam superstitione intelle-  
cto, observare hodieque utcunque sole-  
ant: in hoc tamen maxime nefarii sunt  
& impii in Deum, quod Christum Do-  
minum negent esse verum Deum: Sar-  
raceni vero (quo nomine veniunt hic  
Turcæ, Persæ, Tartari, Arabes, cæterique  
Mahometicæ sectæ addicti) nec vetus nec  
novum Testamentum recipiunt, & ne-  
fariæ quoque peccant, Christum negan-  
tes